

Mar. 11. 24 COMUNIÓN

AMEN dico vobis, quidquid orántes pétitis, créдите quia accipiétis, et fiet vobis.

En verdad os aseguro que cuantas Cosas pidieréis en la oración, tened viva fe de conseguir las y se os concederán.

POSCOMUNIÓN

QUOS tantis, Dómine, largíris uti mystériis: quásumus; ut efféctibus nos eórum veráciter aptáre dignéris. Per Dóminum nostrum.

Señor, a quienes nos concedes gozar de tan altos misterios, dignate hacernos capaces de asimilarnos sus efectos. Por nuestro Señor.

PROPRIO DE LA MISA

XXIV DOMINGO DESPUES DE PENTECOSTÉS

Jer. 29. 11, 12, 14 INTROITO

DICIT Dóminus: Ego cógito cogitátiones pacis, et non afflictiónis: invocábitis me, et ego exáudiam vos: et redúcam captivitátem vestram de cunctis locis. *Ps. 84. 2.* Benedixísti, Dómine, terram tuam: avertísti captivitátem Jacob. *V.* Gloria Patri.

Dice el Señor: Yo tengo designios de paz sobre vosotros, y no de aflicción; me invocaréis y Yo os escucharé; os haré volver del cautiverio y os reuniré de todos los lugares adonde os había desterrado. Salmo. Habéis bendecido, Señor, vuestra tierra; habéis acabado con el cautiverio de Jacob. *V.* Gloria al Padre.

COLECTA

OMNÍPOTENS sempitérne Deus, infirmitátem nostram propítius respice: atque ad protegéndum nos, dexteram tuæ majestátis exténde. Per Dóminum nostrum.

Omnipotente y sempiterno Dios, mira propicio nuestra flaqueza y extiende, para protegernos, la diestra de tu majestad. Por nuestro Señor.

Rom. 12. 16-21 EPÍSTOLA

FRATRES: Nolíte esse prudéntes apud vosmetípsos nihil malum pro malo reddéntes: providéntes bona non tantum coram Deo, sed étiam coram ómnibus homínibus. Si fieri potest, quod ex vobis est, cum ómnibus homínibus pacem habéntes: Non vosmetípsos defendéntes, caríssimi, sed date locum iræ. Scriptum est enim: Mihi vindícta: ego retribuam, dicit Dóminus. Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi: hoc enim fáciens, carbónes ignis cóngeres super caput ejus. Noli vinci a malo, sed vince in bono malum.

Hermanos: No os tengáis por sabios ni volváis a nadie mal por mal; procurad obrar bien no sólo ante Dios, sino también ante todos hombres. Si es posible, cuanto esté de vuestra parte, vivid en paz con todos. No os venguéis, amados míos, mas dad lugar a la ira de Dios, porque escrito está: Mía es la venganza; yo haré justicia, dice el Señor. Por el contrario, si tu enemigo tuviere hambre dale de comer; si sed, dale de beber; porque si esto haces, carbones encendidos amontonarás sobre su cabeza. No te dejes vencer del mal, sino vence al mal con el

Ps. 43. 8-9

LIBERÁSTI nos, Dómine, ex affligéntibus nos: et eos, qui nos odérunt, confudísti. *Ÿ.* In Deo laudábitur tota die et in nómine tuo confitébimur in sæcula.

Ps. 129. 1-2

ALLELÚIA, allelúia. *Ÿ.* De profúndis clamávi ad te, Dómine: Dómine, exáudi oratióem meam. Allelúia.

Mat. 8. 1-13

IN illo témpore: Cum descendísset Jesus de monte, secútæ sunt eum turbæ multæ: et ecce leprósus véniens, adorábat eum, dicens: Dómine, si vis, potes me mundáre. Et exténdens Jesus manum, tétigit eum, dicens: Volo. Mundáre. Et conféstim mundáta est lepra ejus. Et ait illi Jesus: Vide, némini díxeris: sed vade, osténde te sacerdoti, et offer munus, quod præcépit Móyses, in testimónium illis. Cum autem introísset Caphárnaum, accessit ad eum centúrio, rogans eum, et dicens: Dómine, puer meus jacet in domo paralýticus, et male torquétur. Et ait illi Jesus: Ego véniam, et curábo eum. Et respóndens centúrio, ait: Dómine, non sum dignus ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanábitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestáte constitútus, habens sub me milites, et dico huic: Vade, et vadit; et illi: Veni, et venit; et servo meo: Fac hoc, et facit. Audiens autem Jesus, mirátus est, et sequéntibus se dixit: Amen dico vobis, non invéni tantam fidei in Israë. Dico autem vobis, quod multi ab Oriénte, et Occidénte vénient, et recúmbent cum Abraham, et Isaac, et Jacob in regno cælórum: filii autem regni ejiciéntur in ténebras exterióres: ibi erit fletus,

GRADUAL

Nos salvaste, Señor, de nuestros enemigos, humillaste a los que nos aborrecen. *Ÿ.* Todos los días nos gloriamos en el Señor, siempre damos gracias a tu nombre.

ALELUYA

Aleluya, aleluya *Ÿ.* Desde lo hondo a ti grito, Señor; Señor, escucha mi voz. Aleluya.

EVANGELIO

En aquel tiempo: Habiendo bajado Jesús del monte, siguióle mucho gentío; y viniendo un leproso, se prosternó ante él, diciendo: Señor, si quieres, puedes limpiarme. Extendió Jesús la mano y le tocó, diciendo: Quiero, queda limpio. Y al instante quedó limpio de su lepra. Y le dijo Jesús: Mira que a nadie lo cuentes; pero ve, muéstrate al sacerdote y ofrece la ofrenda que mandó Moisés para que les sirva a ellos de testimonio. Y habiendo entrado en Cafarnaúm, llegóse a él un centurión que le rogó diciendo: Señor, tengo un criado en casa, paralítico, y sufre mucho. A lo que respondió Jesús: Yo iré y le curaré. Y replicó el centurión: Señor, yo no soy digno de que entres bajo mi techo; mas di una sola palabra, y curará mi siervo. Pues yo soy un hombre que, aunque bajo la potestad de otro, como tengo soldados a mi mando, digo al uno: Vete, y va: y al otro: Ven, y viene; y a mi siervo: Haz esto, y lo hace. Al oírle Jesús, quedóse admirado, y dijo a los que le seguían: En verdad os digo, no he hallado tanta fe en Israel, Pues también os digo: Vendrán muchos de Oriente y de Occidente, y se pondrán con Abraham, Isaac y Jacob en el reino de los cielos; pero los hijos del reino serán arrojados a las tinieblas del exterior, donde habrá llanto y

et stridor déntium. Et dixit Jesus centurióni: Vade, et sicut credidisti, fiat tibi. Et sanátus est puer in illa hora.

Ps. 129. 1-2

DE profúndis clamávi ad te, Dómine: Dómine, exáudi oratióem meam: de profúndis clamávi ad te, Dómine.

HÆC hóstia, Dómine, quæsumus, emúndet nostra delícta: et ad sacrificium celebrándum, subditórum tibi cõrpora mentésque sanctíficet. Per Dóminum.

VERE dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubique grátias ágere, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Qui cum unigénito Fílio tuo, et Spíritu Sancto, unus es Deus, unus es Dóminus: non in unius singularitáte persónæ, sed in unius Trinitáte substántiæ. Quod enim de tua glória, revelánte te, crédimus, hoc de Fílio tuo, hoc de Spíritu Sancto, sine differentia discretiónis sentímus. Ut in confessióne veræ, sempiternæque Deitátis, et in persónis proprietas et in esséntia únitas, et in majestáte adorétur æqualitas. Quam laudant Angelí, atque Archángeli, Chérubim quoque ac Séraphim: qui non cessant clamáre quotidie, una voce dicétes:

rechinar de dientes. Y dijo al centurión: Vete, y sucédate como has creído. Y sanó el siervo en aquella hora.

OFERTORIO

Desde lo más íntimo de mi corazón clamé a Vos, oh Señor; oíd benignamente mis oraciones, Dios mío; porque a Vos llamé desde lo más íntimo, Señor.

SECRETA

Te rogamos, Señor, limpie esta hostia nuestros pecados, y santifique los cuerpos y almas de tus siervos, para celebrar dignamente el sacrificio. Por nuestro Señor.

PREFACIO DE LA SANTÍSIMA TRINIDAD

En verdad es digno y justo, equitativo y saludable, darte gracias en todo tiempo y lugar, Señor, santo Padre, omnipotente y eterno Dios, que con tu Hijo unigénito y con el Espíritu Santo, eres un solo Dios, eres un solo Señor: no en la individualidad de una sola persona, sino en la trinidad de una sola sustancia. Por lo cual, cuanto nos has revelado de tu gloria, lo creemos también de tu Hijo, y del Espíritu Santo, sin diferencia ni distinción. De suerte, que confesando una ver-dadera y eterna Divinidad, adoramos la propiedad en las personas, la unidad en la esencia, y la igualdad en la majestad, la cual alaban los Angeles y los Arcángeles, los Querubines y los Serafines, que no cesan de cantar a diario, diciendo a una voz: